

21. *Peccatum actuale* est omne factum , dictum vel concupitum contra legem Dei, Augustinus : vel peccatum actuale significat fructus vitiosæ naturæ, interiores & exteriores, id est, affectus, cogitata , dicta, facta contra legem Dei.
22. Omne quod non est ex fide, peccatum est.
23. Peccatum actuale aliud est regnans (mortale vulgo vocant) aliud non regnans: vulgo veniale.
24. *Regnans* est in quo regnat caro: ac proinde excutitur fides & gratia Sp. Sancti.
25. *Non regnans*, in quo caro tandem dominatur ac vincitur à Spiritu: ac proinde ex Dei gratia propter Christum veniam illi datur, nec excutit fidem aut Spiritus sancti gratiam.
26. Insigne est *peccatum in Spiritum Sanctū*, quod etiam dicitur peccatum ad mortem ; quod est agnitæ & in conscientia approbatæ veritatis Evangelicæ, destinato cōsilio facta libera abnegatio, cum pertinaci impugnatione, & blasphemia conjuncta.
27. Proinde dicitur irremissibile.

DISPUTATIO XI.

DE LEGE DEI.

THEISIS I.

PECCATUM NŌ POTESТИ INTELLIGI NI SI EX LEGE.
Et lex debet præcedere Evangelij, tūm
in or-